



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

9. Et nimium & nullum ventum nocere posse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

*manu tua sunt.* E quibus, instrui mur, ventos & tempestates cieri quidem à malignis spiritibus, qui ministri sunt pariter & rerum aduersarum procuratores; non posse autem cieri, nisi potestate, concessa ab eo, cui summum imperium est in ventos, & omnem creaturam. Permittit autem eam potestatem, vel ad castigandos homines; vel ad probandos; vel, si peruicaces sunt, vt impleant numerum ac mensuram peccatorum. Perinde autem est, seu immitantur, hac arte, venti, seu inhi-beantur: vtroque modo nocere possunt: cum sit & procella, & malacia nauigantibus periculosa.

IX.  
Rob. An. 1135.

Nimirum verè *aurea est mediocritas*; & in omni re, *nimis multum, & nimis parum est perniciosum*. Hinc Anno 1135. nimius ventus multas turres atque aedificia subuertit. Sed & subtractio venti est exitiosa. Quo pacto Eunapius tradit, vrbe Constantinopolitanâ in magnam rei frumentariæ difficultatem adductâ, naues in diuersas dimissas fuisse partes, quæ frumentum deueherent. Hæ, cum onustæ rediissent, appelli ad littus, deficientibus ventis, nulla vi potuerunt. Quo cognito, populus yndique ad theatrum, saua famis stimulatus rabie, conuolauit. Tum Constantinum M. ea de re animi anxium, & tempestatis aduersæ rationem exigentem, æmuli, Sopatri Apamensis Syri sophistæ (qui, propter insignem sapientiam, in aula Constantini ad inuidiam eminere conspiciebatur) in primisque Ablauius præfectus prætorio adierunt, atque ita eum affati sunt: *Quod ventos votis refragari tuis vides, id scito Sopatri, quem tu tantis honoribus extulisti, peregrinâ & perniciosâ nobis sapientiâ fieri: is enim, qui Lunam potest de calo deducere, eadem arte sua, ventos deuinxit; & quod minus nauibus aspirent, arcanis quibusdâ verbis inhi-buit.* Quâ re auditâ, ille offensus, Sopatrum properè comprehendi, duci, ac securi percuti iussit. Adeo Magicæ artes exosæ & detestabiles erant Constantino, vt eas, siue per calumni- am fictas, siue veras, ne in charissimo quidem, atque doctissimo viro, vellet tolerare.

X.  
Spranger. lib.  
quinque In-  
quisitorum,

Nec nostra ætas tolerat, apud eos, qui & iustitiæ sunt aman- tes, & sciunt, se damnorum, per veneficos, & veneficia illatorum, vel iudices, vel participes esse oportere. Narrat Sprangerus, Anno 1488. in Constantiensi diœcesi, etsi Coloni sedulo fecissent, tamen ventos, procellas, grandines, fulmina, & tempestates malas exti- tisse,